

inuicem, si mixtionis sp̄eces conditio-  
nem, mixtorum proles, de hoste ad in-  
teracionem cæso sit triumphatura. Id  
autem quamuis ita se habeat, & natum  
corpus duorum tantum elementorum  
qualitatibus suam debeat compagem:  
è quatuor tamen constare supradictum  
argumentum argutabitur. Infirmè ta-  
men, cùm quod de solis elementorum  
omniū qualitatibus, legitimo propor-  
tionis idoneæ præscripto commissis,  
 $\zeta'$  solum dici debebat, vniuersim &  
simpliciter extulerit. Nec obsistit no-  
bis, quod alibi apud Aristotelem le-  
gimus, omnem remissionem fieri per

*An omnis remissio fiat per contra.* admixtionem contrarij: vt cùm eiuf-  
modi corpora summis qualitatibus  
sint exuta, permixtis contrarijs id opor-  
tuerit contigisse. At non minus illam

Philosophi sententiam paulò exactius  
librandam dicimus, ne prout verba so-  
nant, simplicis veritatis præ se ferre  
speciem existimentur. Hoc enim A-  
lexander quoq; Aphrodiseus vnā cum  
Auerrhoide cauendum monet. Quan-  
tumuis autem in huius rei explicatio-  
ne multum se torqueat Zabarella, in-  
ter

*2. Quæst.  
natural.*

*cap. 17. ⑤*

*2. Cæli  
con. 15.*